

Philipp Hartmann Sigismund Grassius

Disputationum Metaphysicarum Nonam De Causa Et Caussato

Rostock: Meder, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729463710>

Druck Freier  Zugang



Ru phil 7638
Philipp Hartmann
Sigmund Grassus

IN NOMINE JESU ^{36.}
DISPUTATIONUM METAPHYSICARUM NONAM

DE

CAUSSA ET CAUSATO

Spiritu veritatis Adjuvante
Amplissima Facultate Philosophicâ consentiente, in Augustâ Rosarum
Academia

PRÆSIDE

M. PHILIPPO HARTMANNO

Luben. Lusat. SS. Th. St.

*Publico & placido Doctorum examini
subjiciet*

SIGISMUNDUS GRASSUS, Steinâ
Siles. A. & R.

*In Auditorio Majori die Augusti.
Horis antemeridianis.*

ROSTOCHI,
LITERIS MICHAELIS MEDERI,
Anno cl. lcc. xxxviii,



VIRIS

*Nobilibus, Consultiſſimo, Experienciſſimo, Clariſſimis
& Excellentiſſimis*

Dn. FRIDERICO Sölkell/ à Tſcheſchenaw/

Ampliſſimo Senatui Uraſiſlav. à Secretis.

Dn. SAMUELI KINNERO Phil. & Med. D.

**Dn. M. ELIÆ MAJORI, P. L. C. Gymnaſii Uraſiſl. Reſtori & Profeſſori, cæterarumque ibidem Scholarum
Inſpectori meritiffimo.**

*Dn. Meccenatibus Favoribus & Promocæ
toribus ſibi magnis.*

*A Jove Juno, Venus, Pallas, ſed Apolline Litis
Judicium quærunſ Pallas, Hygea, Themis.
Non Paris hîc Judex, non hîc Lis aurea Pomi:
Quid Chartam captent, inſit Apollo, Dea?
Atque Ego; num Paridi præſtem? niſi fallor, eodem,
Judicio peccans ceu Paris, ore premar.
Cautus agam, nulli faveam: miraris? ut omnes.
Suspiciam, vincant Pallas, Hygea, Themis.*

AUTOR.



CAUSSARUM CAUSSA PROSPERANTE nostros decaussis labores.



Um juxta Philosophum, principio Metaph. Omnes Homines natura scire desiderent, scire vero sit rem per causas cognoscere, eodem asserente i. Phys. 1. & i. Met. 3. & i. Post. 2. in promptu est quam utilis & necessaria sit Caussarum cognitio. Quae quidem utilitas & Necessitas, ut nunquam satis evehi brevi poterit elogio, ita nec difficultas & amplitudo succinctae Disputationis angustiis terminabitur. Conabimur tamen, de omissis favorem speramus & veniam petimus.

I. DE CAUSSA & CAUSATO

IN genere acturi, quia πάντοσ πολλὰ ἕως λεγόμενον ἀσπεῖς cū primis notamus Causam accipi i. Latissime ut cum principio reciprocetur velut l. 12. Met. 2. ubi Principia Physices vocantur Causae: Juxta hanc etiam acceptionem Patres Graeci Patrem dixere Filij ἀίτιον. 2. strictissime pro solâ Efficiente per Excellentiam quo sensu dicitur, qualis causa talis effectus & ipse Ar. 3. de an. c. 5. t. 17. Causam vocat eam quae habet vim efficiendi eamq; Materix contradistinguit. 3. Proprie pro eo omni & solo, quod praebet verum influxum causalem, & suo ambitu Materiam Formam Efficientem & Finem complectitur.

- 2. Causam in ultimâ acceptione definimus, quod sit Principium quod importat influxum ad esse Causati.
3. Generis, quod non habent Transcendentia, loco ponitur

tur Principium ut aliquid causâ communius. Omnis enim causâ est Principium, sed non contra.

4. Differentia reliquis absolvitur, & *Importare* quidem influxum excludit causam sine qua non & Privationem, quia tamen *causæ* alteri non communicant, Ubi addimus verbum *Importare* quod strictè ad Efficientem solam pertinet esse ampliandum ut æquivalerit verbo *Dandi* vel *Communicandi* explicante *Suarez Met. Diss. 12. s. 2. d. 4. & ex hoc Jac. M. Ex 1. l. 1. c. 1.* Et cum *Scheibl. l. 1. Met. c. 2. n. 22.* volumus ut, quia alia non habemus commodiora vocabula, quibus hac de re animi sensa exprimamus, nisi quæ ex *Præd. Actionis* sumuntur, hæc cum aliqua *Distinctione* & *moderatione* intelligantur.

5. Constituta Definitione Causam, dividimus in *Per se* & *Per Accidens*.

6. *Causa per accid.* dicitur quæ præter instinctum proprium, vel non propter finem, ut *Scheibl. l. Sent. Ex. 11. ar. 4.* influit, ut *Movens* columnam respectu lapidis cadentis: *Aqua* respectu *Vini* &c. Verum talis causa reperitur tantum in creaturis, Deus vero nullius rei adeoq; nec *Peccati* potest esse causa per *Accid.* Nunquam enim agit præter instinctum proprium.

7. *Causam per se* quæ natura propria proprioque instinctu in causatum influit, dispescimus in *primam* & *secundam*.

8. *Prima* dicitur 1. *Metaphysicè* ratione superioritatis quando à causis ad effecta descendimus, hæc in ordine causarum suprema est ratione operationis & productionis. 2. *Logicè* ratione immediatæ vel proximitatis, quando ab Effectis ad Causas ascendimus, hæc immediatè tangit effectum & cum eo coheret hoc sensu loquitur *Arist. 2. Phys. c. 3. t. 27. & 1. Post. c. 2. v. Veremb. l. 1. Nomencl. Met. tit. 35.* Sed ita secundæ causa prima non opponitur.

9. *Secunda* est quæ subordinatur primæ, & à priori dependet in Causando.

10. Divisio hæc si ad *Efficientem* referatur, *Causa prima* dicitur quæ primo movet: vel *ἀρχή*, ut *Causarum* causa & primus *Motor* *Deus*, vel *ἀρχή* ut *Sol*, *Intelligentiæ* &c. *Secunda* quæ à prima movetur ut *sol* & *homo* generant hominem. De *Materia prima* & *secunda* suo loco. *Formam primam* dicimus quæ in composito

posito non requirit priorem ut Elementorum: *Secundam* quæ vel certum genus vel speciem constituit. *Finis* tandem *primus* est qui primo intenditur quemque communiter vocant *primarium*: *Secundus* vel *secundarius*, qui accid. quodammodo intenditur & quo acquisito nondum acquiescit Agens. Sic primus Jurisprudentiæ finis est, dirimere æquum & iniquum; *Secundus* acquirere Divitias.

11. Huic Divisioni prope gemina est illa, qua Causa dividitur in *Universalem* & *Particularem*: illam quæ ad plures effectus est indifferens: hanc quæ determinata est ad certum Effectum. Ubi hoc addimus: *Universalem Particulari nobiliorem & perfectiorem vim habere in causando*, quia 1. hæc ab illa dependet ratione causalitatis 2. illa sine hac agere potest non hæc sine illa &c. v. Jac. Mart. Diss. 13. quæst. 11. Distinguiamus tamen Effectum debere plus Universali quatenus agit principaliter & primo, plus vero particulari quatenus determinans Universalem largitur effectui conditionem speciem & gradum naturæ, eique assimiletur.

12. Collaturi hæc ad *Efficientem*, dicimus *Universalem* esse quæ concurrat ad plures effectus producendos ut vel Deus, vel cælum, Intelligentiæ &c. quibus *ut sui vicariis dedit ille ut præ se ferrent ipsius æternitatis imaginem*. Verba sunt Scaligeri Ex. 38. f. 10. *Particularem* quæ ad certam speciem restringitur: Sic Homo non producit nisi hominem Leo Leonem. Quoad *Materiam* eam vocamus *Universalem*, quæ habet aptitudinem ad omnes formas indistinctè recipiendas, ut prima rerum *Materia*. *Particularem* quatenus unam aliquam & definitam formam recipit. Sic *Materia* formæ feminis canini prædita, habet potentiam particularem non aliam quam canis formam recipiendi. *Formam* etiã appellamus *Universalem* vel *Generalem*, illam quæ vel omnibus mixtis est communis, ut *Elementorum* forma, quæ est generalis viventium, sed *specificam* cadaveris, vel aliquod certum genus constituit, ut *Forma corporis*, viventis, *Animati*. *Particularem* vel *specialem*, quam vocant *specificam*, ultimam & substantialem quæ certam aliquam speciem constituit ut *Forma Hominis* &c. Videatur *Zabar. l. 2. de pr. rer. Mat. c. 14. & l. de gen. & inter. c. 4. f. Finem* tandem *universalem* vel communem illum vocamus qui pluribus

vel omnibus rebus convenit, & ad quem universas actiones nostras dirigimus. Hunc finem proponit Apostolus 1. Cor. 11. v. 31. *Particularem* vel *specialem* & proprium qui ad unam aliquam rem terminatur: Talis finis Logices est bene differere.

13. Deinde *Causa* dividitur in *Remotam*, quæ aliis mediis ad effectum concurret, & *Proximam*, quæ immediatè & sine aliarum interventu effectum constituit.

14. Efficientem *Remotam* appellamus aliquam causam superiorè quæ aliis mediis effectum producit: *Proximam* quæ immediatè. Sic quando Sol & Homo dicuntur generare hominem, Homo est causa proxima Sol remota, quia per Hominem tantum medium agit. Deinde *Materiam Animalis remotam* constituant Elementa, *proximam* corpus organicum. *Formam* porro mixti, *Animalis formam* dicimus *remotam*: *proximam*, *specificam*. *Finis* tandem *Medici Remotus* est Gloria Dei & Salus Reip. *Proximus*, *Hominis Sanitas*.

15. Sequitur jam *Causarum Divisio* in *internas* & *Externas*. *Internæ* sunt quæ essentiam Causati ingrediuntur. *Externæ* quæ Causatum extrinsecus produciunt & extra essentiam ejus existunt.

16. Notandum hanc distinctionem non esse *Causarum* singularium in suas species, sed *Causæ* in genere quatenus respicit suas species & easdem inter se comparat, Possunt quidem & dividuntur etiam ab Autoribus in *internam* & *externam* (1) *Efficiens*, & *internam* quidem est quæ in se producit effectum ut forma substantialis certas suas proprietates: *Externæ* vero cujus actio transit in subiectum extraneum: quæ divisio germana videtur esse illi, qua *Efficiens* dividitur in eam quæ est actionis *immanentis* & quæ *transcendunt*: item in *Agens per Emanationem* & *Transmutationem*: Sic in genere *Efficientium* etiam *causæ impulsivæ* aliæ sunt *externæ* aliæ *internæ*. Atque *Medici* etiam *Causas efficientes* morborum alias dicunt *externas* esse, alias *internas*. v. *Corn. Mart. Metaph. p. 123. (2.)* *Finis* deinde *internus* quidem qui ex vi solius artis obtineri potest, ut *Rhetoricæ* bene dicere; *externus* qui non semper obtinetur & finis per *Acc.* dicitur, ut ejusdem *Persuadere*. Illum curiose distinguendo *Scopum* hanc *Finem* quidam appellare voluerunt, de quibus

quibus Scheibl. l. 1. Met. c. 22. n. 325. (3.) Etiam *Forma* quibusdam externa est ut *caussa Exemplaris*, vel etiam *Assistens*: Interna ut *forma substantialis* vel *Informans*. Insignibus tamen singula differentiis. *Divisio* n. superior in causas internas & externas, notat id quod essentiae constitutionem ingreditur vel non ingreditur: *Efficientis*; quod intra subjectum vel extra illud est: *Finis*; quod vi ipsius artis, vel assumendo aliquod extraneum (puta benevolentiam Auditoris) obtinetur: *Formae*; quod extra essentiam formati formam representet, vel intrinsecè cum materia effectum perficiat.

17. Internas verò causas absolvant *Materia* & *Forma*, *Externas* *Efficiens* & *Finis*. Quem quaternarium Causarum numerum præter Testimonia *Arist.* 5. Met. c. 2. & l. 2. c. 3. & c. probamus 1. ex eo quod omnia illa quatuor Causarum genera rationem causæ participant, quod probaturi præsupponimus. Nihil esse sui ipsius causam, E. necessario erit aliquid quod vocatur *Efficiens*. Hæc verò non agit fortuito, sed movetur alicujus boni gratia, ac proinde hac motione Metaphorica causalitatem suam exercet *Finis*. Porro *Efficiens*, excepto Deo, Effectum suum ex nihilo non producit. E. dabitur aliquod præexistens subjectum quod vocatur *Materia*. Hæc autem quia nulli rei potest dare ultimam perfectionem, distinctionem & actum, proinde requiritur aliquid præter reliqua ad ejus rei complementum, illud autem *Forma* nuncupatur. Atque sic concludit *Scheibl*. Si dantur quatuor Causarum genera in rebus naturalibus, tot etiam dabuntur in Metaph. At prius probatum est E. Connexionis ratio est quia res naturales sunt *compositissimæ* ut loqui amat ille ipse, quo vero res sunt *compositiores* eo pluribus causis indigent *Fons* l. 1. c. 7. *Metaph.* q. 1. s. 4. Potest etiam videri *Aristot.* 2. *Phys.* t. 68. c. 7. ubi sic argumentatur: Quot sunt quæstionum genera quibus propter quid aliquid sit quæritur, tot sunt genera causarum, quæstionum autem quatuor sunt genera: quærimus enim vel *Materiam*, ut si quis petat, propter quid mista dissolvantur, satisfiet, si dicas quod consistit ex Elementis: vel *Formam*, ut propter quid Homo aptus sit ad scientiam, respondetur quia est præditus animâ rationali: vel *Efficientem*, ut propter quid eleventur Vapores, respond. propter vim so-

His &

lis & astrorum: vel denique *Finem* ut propter quid Miles amec militiam, respondet propter gloriam vel potius Divitias.

18. Circa numerum hunc caussarum, quidam peccant in defectu qui *Efficientem* tantum *Caussæ* nomine dignantur, reliquas velut *Adjumenta* hujus *caussæ* & *conditiones* necessarias, statu- entes. Quæ sententia *Stoicorum* est & cum illis *Seneca* l. 8. ep. 66. *Videri* etiam poterit *Fonsæca Met.* l. 1. c. 7. q. 1. s. 1. *Si omnia*, inquit *ille*, *sine* quibus *effectus* fieri non potest in numero *caussarum* ponenda sunt, tum *plures* sunt numeranda nimirum *Locus*, *Tempus* & *Motus* sine quibus *nullus* fit *effectus*. Sed falsam fingit *Hypothesin* *Seneca*, non enim sine quibus *nullus* fit *effectus*, sic enim *Causa* sine qua non *Causa* foret univoca, sed quæ verè influunt in *effectum*, quæ *formalis* est *Causarum* ratio, *caussæ* sunt. At hoc *Affirm.* de quatuor *Causarum* generibus tantum. E.

19. Qui in excessu peccant superaddunt *Causam* sine qua non, *Causam* instrumentalem, & *Exemplum* vel *Ideam* *Platonis*.

20. *Causa* sine qua non rectius è numero *Causarum* expel- litur, quippe quæ nullam habet veram *causalitatem* & melius *Conditio* sine qua non quàm *Causa* vera nuncupatur. Imò si talis sit, non dubium est quin rectius concluderem, quàm *Seneca* con- tra *Aristotelem*: *Si quocumq; remoto quid effici non potest, id causa judi- catur esse faciendi, ponatur inter causas Tempus, nihil sine tempore potest fieri; ponatur locus, si non fuerit ubi fiat aliquid, ne fiet quidem; ponatur motus, nihil sine hoc nec fit nec perit.*

21. *Instrumentalis* etiam commodius ad *efficientem* refer- tur. Sciendum enim ex *Svario* *Causarum* divisionem non esse in membra *ætopo* S. *Species* infimas sed *subalternas* adeo ut sub istis intelligi possint *caussæ* specialiores. Dicimus itaque *Instru- mento* non posse assignari *peculiarem* & *distinctam* *causalitatem*, influit enim dum *complet* *actionem* *Agentis* *principalis*. Quod verò obicitur *Instrumento* non *competere* *Definitionem* *Effici- entis*, R. *Aristotelem* in *definitione* *reperisse* ad *Efficientem* tan- tum *Principalem* tanquam *digniore* cui *Effectus* *tribuat*, vi- deatur *Scal. Ex.* 297. s. 3. pr. & *Conimbr.* l. 2. *Physic.* 7. q. 2. A. 3. non habito respectu ad *diversitatem* *Efficientium*, sed tantum *contradi- stinguendo*

stinguendo Efficientem reliquis caussarum generibus. Si vero cum Scheiblero ut §. 29. dicitur, solo nobis *sis* esset, ipsius verbis responderem *l. Sent. Ex. 11. ex. 3* generaliter Definitionem intelligi posse, si *primum* acciperemus non absolute, sed in suo genere & quidem respectu reliquarum caussarum: Sic enim ab Instrumentali etiam *primum* agendi Principium.

22. De *Causa Exemplari* major est difficultas, quia cum veram habeat caussandi rationem nec tamen quintum genus caussae constituat, propterea quod non habeat genere distinctam à reliquis caussis causalitatem, ergo ad aliquod genus erit referendū: non ad *Finem* quia Artifex non agit propter sed juxta Exemplar, vel, ut alii, non conatur ipsum Exemplar assequi sed Exemplaris similitudinem: nec ad *Materiam*, hæc enim sustentando formam intrinsecè perficit Compositum sed nihil competit Exemplari. E. vel ad *Efficientem* vel ad *Formam*. Diversi diversa sentiunt: Nos breviter dicimus Exemplar posse dici formam 1. respectu Agentis, quæ Artificem suo quodam modo informat & in actu constituit ut sit sufficiens & expeditus ad agendum. 2. rei efficiendæ eo quod hujus imago sit, nam rerum imagines possunt dici Formæ sed in alia significatione quam nos intendimus. Posse tandem etiam & quidem rectius referri ad Efficientem, quatenus dirigit, regulat & determinat Agens intellectuale. Hujus assertionis tales ponimus rationes (1.) omni formali Causæ convenit ingredi ipsam sui effecti essentiam, Atqui Exemplar hoc non facit. E. (2.) Quicquid rei indit formam illud efficit aliquid. At Exemplar rei indit formam, sic loquuntur *Conimbr.* contrariæ sententiæ defensores, & dat esse per formam inductam ab Agente. E. Nota Philosophi mentem 7. Met. c. 7. t. 23.

23. Ex Causarum explicatione *Causati* natura facile intelligitur. Est enim Causatum quod ex caussis esse suum habet. Vocatur aliàs per Synecd. *Effectum* quod proprie Efficienti respondet. Hujus autem, ut Causæ, eadem est distinctio. Dependet enim vel ab *Efficiente* & dicitur *Effectum*, vel à *Fine* & dicitur *Finitum*, vel à *Materia* & vocatur *Materiatum*, vel à *Forma* cujus respectu est *Formatum*.

24. (1) *Omnis Causſa prior eſt ſuo Cauſſato.* Naturâ ſcilicet quia hoc ab illa dependet, jam vero Dependētia involvit prioritatem & poſterioritatem per *Ariſt. Cat. c. 12.* Deinde etiam Dignitate, ſi per Cauſſam vel tantum Efficiens vel omnes Cauſſæ complexè ſumptæ intelligantur: etiam ſingulæ, ſi, quatenus cauſſant, conſiderantur. Nobilius enim eſt dare quam accipere. Sed adverſari videtur *Ariſtor 2 Poſt. c. 17. t. 25.* ubi expreſſe Cauſſam dicit & Cauſſatum ſimul eſſe, tum rationes quia Cauſſa & Cauſſatum ſunt Relata: deinde Forma & Finis non videntur priores eſſe Effectûs ſuis E. Reſp. Ariſtotelem d. l. loqui de primitate temporis non naturæ. Deinde ad rationes (1.) tribus modis juxta *Fonſec. l. 1. c. 7. q. 1. S. 3.* accipi poſſe Cauſſatum 1. *prove*, quæ vocatur cauſſa, *absolute acceptâ* 2. *Relative* quatenus ſignificat Relationem ad Effectum, quo pacto tempore & naturâ ſimul eſt effectû (3.) *quatenus ab eâ pendet Effectus.* Atque ſic accipitur in noſtro axiomate & non eſt dubium quin ita cauſſa prior ſit effectû (2.) *Formam* priorem eſſe Formato reſpectu *l. naturæ intendenti v. Keck System. Phyſ. l. 1. c. 3 th. 1.* 2. *Materia* quæ aliquomodo illius eſt Effectus quatenus informat (3.) *Finem* verò quoadmodum Cauſſalitatîs eſſe natura priorem, licet alij prioritatîs Naturæ modi ut *Perfectionis & Exiſtentiæ*, interdum illi non poſſint attribui juxta *Jac. Mart. Diſp. 13. th. 51. & 43. & 6.* Interdum, inquam, quia finis aliquando movet non ut fiat ſed tantum ut acquiratur.

25. (2.) *Nihil eſt Cauſſa ſui ipſius.* Scilicet poſitive ut ſeiſpſum producat. Effectus enim ſi à ſeiſpſo eſſet, ſeiſpſo prior eſſet, at verò quid abſurdius aliquid ſimul prius eſſe & poſterius. *Peregrinus* limitat Canonem ad *Efficientem*, quia Deus eſt ſui Cauſſa finalis, propter ſeiſpſum enim omnia creavit. Sic *Materia & Forma* ſunt Totius compoſiti cauſſa ideoque ſui ipſius, cum *Materia & Forma* ſimul ſumptæ à compoſito non differant. Sed nos dicimus: *Axioma* ſe extendere ad omnes cauſſas, quia 1. *Universalitati* Exemplum hoc extraordinarium non obſtat, cum *Termini* ad res divinas applicari ob ampliacionem plerumque ſuas proprietates amittant. 2. *Materia & Forma*, quando Effectum extra ſuas cauſſas eſt, non amplius habent reſpectum hunc quo cauſſæ dicuntur ſed proprio loquendo principia duntaxat ſunt interna & tanquam

quam partes Arist. 3. Phys. t. 66. & 7. Met. c. 10. vide Jac. Mart. in Diss. V. Verenb. Ex. Met. 10. th. 3. Causa enim est cum mutatione sed effecto constituto desinit esse mutatio.

26. (3.) *Causa Causæ est etiam Causa Causati.* In eodem Causarum genere. Restrigitur potissimum ad *Efficientes* quæ necessario connexæ sunt cum Causato & ex eo perfe fluunt. In *materiali* & *Finali* etiam videtur procedere. *Forma* prorsus excluditur. In causis etiam] diversi generis legitime procedere contra *Fonssecam* propugnat *Sthalius Reg. Phil. tit. 3. R. 12.*

27. (4.) *Posita & Sublata Causa ponitur & tollitur Effectus.* Posita causâ sc. proxima & in actu causandi sufficiente, nec impeditâ ponitur Effectus quoad fieri suum. Sic etiam sublata causâ sc. adæquatâ tollitur Effectus quoad fieri suum. Dicam clarius, inquit *Scheibl. c. 2. Top. n. 84.* Effectus alius est *ἐνεργεια* operatio, alius *ἐργον* opus. E. sublata causâ tollitur *ἐνεργεια* non semper *ἐργον* ut sublato Architecto tollitur ædificatio non *Domus.* Atq; hæc de Causis in genere, nunc in specie

II. DE EFFICIENTE.

28. Cum ordo hic sit arbitrarius consentiente *Scheibl. 1. Met. c. 22.* propterea cum ipso etiam & aliis primo loco considerandam ponimus Efficientem quæ definitur ex 5. Met. c. 2. quod fit *id unde primum Mutat ionis aut Quietis principium.*

29. Multis reprehenditur hæc Definitio, *Timplero* inprimis qui multis illam vitiis proclamat obnoxiam. Etiam *Scheibl. 3. Top. n. 3 & 4.* contendit Aristotelem ibi non voluisse nomen Efficientis definire sed solum per periphrasin quandam hoc genus causæ nominare, propterea quod non omnibus Efficientis speciebus conveniat. 2. quod in Definitione non fiat mentio principalis Effectus. Et tertio possem addere quod tantum per motum Efficientibus competat.

30. *Ad ultimum* respondemus cum *Fonssecâ l. 1. c. 7. q. 1. s. 2.* Aristotelem in causis definiendis loqui maximâ ex parte de causis rerum naturalium, quæ nobis sunt familiares, ex iis tamen definitionibus eliciendas velle & abstrahendas eas quæ mutationem non includant. Quod ut fiat Definitionem ampliabimus

B 2

& ex

& ex consilio ejusdem l. 5. Met. c. 2. & Jac. Marr. Diss. 9. q. 1. in locum Mutationis Actionem substituemus, nequicquam facientes *Tim-plerum* qui motum & Actionem falsissimo statuit synonyma 3. Met. c. 2. q. 46. & 16. q. 45. Actionem solis tribuit *Substantiis Accidentibus* vero *Effectiorem*: quin potius probamus Agere tam dici de Accidentibus quam de substantijs. Recte enim dicimus, Ignis agit in Aquam: Si hoc dicimus, necessario concedendum, Accidentis hic agere, quia Ignis non agit quatenus est Substantia, Substantia enim Substantiæ non est contraria, sed quatenus contrariam Aquæ in se continet Qualitatem.

31. Ad *Secundum* dicimus juxta Canonem quidem Relatum per Correlatum Efficiens per Effectum esse definiendum, sed non illud commodè fiat & necessario, ratio dubitandi est, quia qui nescit quid sit causa, etiam ignorat quid sit effectus, atque ita ignotum per æque ignotum definietur. Canone tamen concessio dicimus cum *Suario* non male rationem Agentis per ordinem ad Actionem declarari. Etenim licet Actio non sit proprie Effectus Efficientis quia tamen via est ad effectum & dependentia Effectus ab Agente, satis in actione comprehenditur & indicatur Effectus, præsertim cum & in ea consistat vera *causalitas* & differentia, qua Efficiens à cæteris Causis distinguitur. De prima objectione §. 21. satisfactum est.

32. Constitutâ sic Definitione reliqua illius accuratius contemplabimur.

33. Unde æquipollet hic termino à quo strictè sumpto, qui proprie Efficienti tribuitur & per quem Efficiens à reliquis Causis distinguitur.

34. Per *Primum* vero *Principium* notatur primus influxus Efficientis, non autem intelligendum de primo principio simpliciter quod nullam habeat priorem causam, alioqui tantum primo motori Definitio conveniret, sed de primo principio in tali ordine causandi.

35. Variæ Efficientis sunt distinctiones. Nos brevitatæ studio illis quas cum causâ in genere habet communes, ommissis, proprias ipsius & celebriores Divisiones attingemus.

36. Efficiens primo dividitur in *Principalem* & *Instrumentalem*.

Hæc

Hæc distinctio maxime est ambigua propter diversas acceptiores membrorum dividendium, de quibus *Suarez Diss 17. S. 2. n. 7. Scheibl. 3. Top n. 33. 34 & Met. l. 1. c. 22. n. 82. Jac. Mart. Diss. 9.* Usitatissime causa principalis dicitur vel illa à qua primus fit motus, quaque non agente cæteræ causæ nihil producant, vel ea quæ sufficiente virtute & concursu sibi debito sine motione superioris agit. Illa opponitur Instrumento late sumpto ut includat omne illud quod movetur ab alio superiore. quo sensu juxta *Platonicos* omnes causæ secundæ Instrumenta Dei, dicuntur. Hæc strictè causæ Instrumentali quæ ex directione superioris insluit in effectum sua virtute nobiliorem.

37. Deinde Efficiens est vel *Naturalis* vel *voluntaria*. Illa quæ propria & naturali suavi absque ulla deliberatione effectum producit, quales sunt omnes quæ operantur absque usu rationis: hæc quæ cum Consilio & deliberatione agit, ut Deus, Angeli, & Homines, unde à *Phil. 2. Phys. t. 59. ἀνω γὰρ πωάγειν* nuncupatur. Illa determinata est j ad unum oppositorum: hæc est Indifferens j ad utrumque. Illa positis omnibus requisitis non potest non agere: hæc licet nihil impediatur potest non agere. Illa semper agit quantum potest S. ad extremum virium suarum: hæc quantum judicat necesse esse.

38. Naturalium autem Causarum actio vel est *Directa* vel *Reflexa* vel *Reactio* & *Resistentia* de quibus passim *Metaphysici*.

39. Efficientium etiam alia dicuntur per *Transmutationem* alia per *Emanationem*. Illa est quæ agendo in aliud producit Effectum, hæc à quâ dimanat effectus sine Transmutatione.

40. Non autem Causa recte possit distingui in Per *Transmutationem* & *Emanationem* ad huc tubi judice lis est, quia in posteriore nulla videtur actio v. g. cum *Quantitas* à *Materia* & voluntas fluit ab Anima. Unde à *Zab. l. 2. de Med. Dem. c. 5.* improprie dicitur Efficiens, & ipse *Arist.* Videtur discrimen significasse & *Phys. t. 32.* Ubi Efficienti Transmutanti accommodavit τὸ μέν, Immanenti verò ἐγγειν annotante eodem *l. 1. de mot. grav & Lev. c. 12.* Deinde etiam Causa illa & Effectus subjectis non distinguuntur, unde constat talem Resultantiam non esse à principio Essentiæ sed

di sed potius originis. Dicimus tamen Causam hanc aliquo-
modo *reduci* posse ad Efficientem, ita ut actio Transmutanti
πρώτης tribuatur, deinde ut sufficiat distinctio *κατὰ* cum distin-
guimus terminum *producentem & recipientem* vel *potentiam activam*
& *passivam* v. g. cum à Materia *Quantitas & à Forma* resultant
proprietates, concipiuntur & sunt ut *Efficientes*: Unde & Philo-
sophus Animam respectu operationum *Efficientem* vocat v. *Co-*
nimbr. in 2. de an. r. 36. & Zab. ad l. d. r. 36. 37. & 2. de Med.
Dem. c. 5.

41. Efficiens deinde vel est *solitaria* quæ sola absque alte-
rius interventu producit effectum, alijs dicitur *Totalis*, sic Chri-
stus est causa solitaria nostræ redemptionis: vel *Socia* quæ cum
alijs pari influxu producit Effectum & vocatur *Causa partialis*,
sic Equi duo trahunt currum: possunt etiam *Concausæ* nominari.

42. Efficiens porro est vel *Univoca* quæ est ejusdem speciei
& naturæ cum Effectu; ut dum Homo Hominem; calor calo-
rem producit. Vel *Æquivoca* quæ producit Effectum specie di-
stinctum, ut cum furnis igne calefactis in Ægypto pulli exclu-
duntur, admirando artificio, *Scal.*

43. Ultimo efficientem dividunt in *Physicam* quæ vere &
realiter influit, & *Moralem* quæ quidem non vere Efficit, tamen
quasi moraliter affecta est ut ei imputeretur Effectus. Ut *Causa*
Consulens vel *Consilians*, *Rogans* & *non impediens*.

44. Effectum est quod ab Efficiente dependet & tot modis
distinguitur quot efficiens. *Nunc ad Canones.*

45. (1.) *Nihil agit ultra suam speciem vel Vires.* sc. in *Causis*
secundis. Deus enim agit quicquid vult; Deinde in *principalibus*,
Nam *Instrumenta*; ut ex *Definitione* liquet, producant *Effec-*
tum sua virtute nobilissimum. *Canon* respondet aliæ *Philoso-*
sophorum Maximæ 1. *Omne Procreans procreat sibi simile* intellige
in *Agentibus univocis* naturaliter, in *Æquivocis* intelligentibus
idealiter, in *æquivocis* naturalibus secundum *virtualem conti-*
nentiam. Sic quæ generantur à sole, assimilantur soli cujus vir-
tute generantur v. *Scheibl. c. 3. Top. n. 15. 2. Causa Efficiens nihil lar-*
gitur quod non habet vel *Formaliter* in *Univocis*, vel *eminenter* in *æ-*
quivocis, deinde secundum *naturam*, sic *claudus* gignit *filium*
pedes habentem,

46. (2) *Im*

46. (2.) *Impossibile est Causam, toto genere deterioiorem esse Effectu suo.* Excludendo tamen Causam Instrumentalem qua Effectus semper est nobilior.

47. (3.) *Agens debet esse simul cum Patiente.* Nam Agens non agit nisi per contactum. Contactus autem ille non est semper corporalis sed sufficit virtualis.

48. (4.) *Omne agens agit propter finem.* Ignori enim nulla Cupido. Probando huic cuilibet erit propria experientia. De naturalibus & irrationalibus his est, cum, ubi nulla mens, ibi nullus finis sit. Nihilominus tamen dicimus, *Naturalia ex directione superioris agere propter finem,* vel potius ferri in finem, quem vocat finem *Universi* *Corn. Mart. Met. p. 110.* *Bruta* vero quodammodo inter rationale & irrationale media non formaliter sed materialiter ut distinguit *Svarex,* propter finem agere v. *Schebil. c. 6. Top. n. 14. Magir. Phys. l. 5. c. 14. p. 48. Jac. M. Disp. 12. quest. 7. & 8. & imprimis V. Verenb. Ex 10. th. 7. 8. Tanquam de Efficiente sequitur jam*

III. DE MATERIA.

49. *Efficienti subjicimus Causa Materialis considerationem quæ omnino pertinet ad Metaphysicum, licet enim Materiam & Formam proprie sic dictam tantum constituere substantiam corpoream & non cadere sub Abstractionem Metaph. clamitent, Resp. tamen Physicum de iis tanquam principis corporeæ substantiæ agere κατ' ἀπονομοσίαν, sed non adeo strictè Metaphysicum, cum & de aliarum rerum materiâ quibus per analogiam tribuitur, discursus sit instituendus &c. quibus addi possunt rationes 1. ut eo felicius propter cognitionem materiæ, rationem substantiæ incorporeæ quæ per absentiam Formæ & Materiæ solet definiri, declarare possit Metaphysicus. 2. Ut ex communi cura constituendi ac defendendi scientias, Philosopho naturali subjectum tradere possit, ejusque regionem ab aliarum regionibus distinguere. ut concludit *Fonseca in l. 1. Met. c. 7. q. 1. 52.* Accedit *Autontas Phil. l. 3. Met. c. 2.* ubi affirmat non ad aliam atque aliam scientiam pertinerere cujusque harum Causarum contemplationem.*

50. *Materiæ nomen accipitur multifariam 1. pro omni communissimo quod determinari debet, ita Genus dicitur Materia quod determinatur per differentiam tanquam Formam. Alia quæ ad hanc classem*

classẽm referuntur ut *Partes integrantes Definitum, Individua &c.* enumerat & applicat *Fonseca l. 5. Met. c. 2. q. 1. S. 1. 2* strictè vel pro *subiecto* quod est iuxta *Arist. Accidentium Materia*: vel pro *Objecto* quod est *Disciplinarum. 3. Strictissime pro Causa ex qua res est, quæ ἡ ἀρχὴ ἐξ ἧς οὐκ* intelligitur *Principium substantiale passivum.*

51. *Generalem Materiæ definitionem dare non possumus, Materiam in ultima acceptione definimus ex Arist. l. 5. Met. c. 2 quod sit id ex quo in existente aliquid fiat.*

52. *ἄ Ex in definitione notat primario materiæ habitudinem, quanquam etiam tribuatur Efficienti, ut Soboles ex Parentibus: Fini ut ex Divitiis mercatura: Formæ ut ex Forma & Materia compositum &c. v. Arist. l. 5. Met. c. 24. Excluditur tamen Efficientis non tam per hanc particulam quam per inexistentiam quæ competit tantum causis intrinsicis, etiam Privatio quia non manet in composito, tamen si res naturalis fieri dicatur ex Privatione & Materia, ex hac quidem ut parte ex illa ut Termino à quo incipit effectio. v. *Fons. ad dat. Def. Arist.* Videtur tamen competere *Formæ* quia & ex illa dicitur aliquid fieri & inexistit etiam composito. Sed respondemus 1. vocabula plurium significationum præsertim in Definitionibus solere pro suo significato famosiore stare: 2. *ἄ Ex* difficulter notare formam seorsim positam, licet itaque re&edicam ex *Materia* & *Forma* componi corpus naturale, improprie tamen dico ex *forma* (sed per formam) esse compositum.*

53. *Verbum* extendimus ut non solum notet præcise *ἄ fieri* sed & consequenter *ἄ esse* ne objiciat *Templexus Cælum esse immaterialium*, quia non factum vel productum sit ex *Materia*.

54. *Data & explicata Materiæ definitione jam dividimus illam in primam & secundam, illa est præcipua in hoc genere causæ & simpliciter Materiæ nomine appellatur, hæc & cætera omnia quatenus materiæ rationem participant, ad illam revocantur.*

55. *Prima* definitur *ab Arist. 1. Phys. c. 9. th. 83* primum uniuscujusque subiectum ex quo aliquid fit eo pacto ut non per accidens iust. Hic elicere possumus *Causalitatem Materiæ*. Dicitur enim

enim esse subiectum primum, hoc verò nihil aliud est quam esse quasi sustentaculū formæ substantialis quatenus forma est. Hinc enim fit ut deinceps ex Materia fiat aliquid quod est Compositum substantiale ut explicat *Fonsæca l. 5. c. 2. quæst. 1.* Testem etiam habemus *Scaligerum* qui *Ex. 307. Sect. 27.* hoc agere solum tribuit Materix quod præstet id ut forma existat, & addit, nisi hoc ageret Materiam non esse Principium.

56. *An datur Materia non est opus ut probetur; si autem datur, datur etiam prima, alias fieret processus in infinitum: prior autē nec dari nec fingi potest quam quæ stat sub formis quatuor Elementorū & Cæli v. Corn. Mart. Met. p. 128. & Jac. Mart. Disp. 8 q. 1.* Ubi tamen differentia hæc observanda *Materiæ Elementorū* esse subiectum *Transmutatiōis*, Cæli autem non aliam formam suscipere, unde nec continetur sub definitione Materix primæ, nisi pro *transmutari* substituitur *Constare* ut monuit *Fonsæca l. 5. c. 2. q. 1. S. 1.*

57. *Materia secunda* est quæ formam habet jam actu in se inhaerentem ut Elementa respectu mixtorum &c,

58. Materiam deinde distinguunt in *Sensibilem* quæ sensibus percipitur & *Intelligibilem* cui notionem materix tribuit intellectus ex *Phil. 7. Met. c. 10. & l. 8. c. 6.* Hanc *Scaliger* assignat *Intelligenti Ex. 359. l. 3.* in quem ideo insigniter invehitur *Jac. M. Disp. 9. th. 15.* Alij *Disciplinis* ut *Termini* simplices Propositionum, Et tres *Lineæ* trianguli *Materia* dicantur. Unde *Scheibl.* eam vocat *Logicam l. Sent. Ex. 5. ax. 10.* *Timplerus* Accidentalem Materiam producit & Substantialem. Nos illis adversamur & dicimus: 1. Divisiones Aristotelicas non continere specierum distinctiones sed explicare vocis ambiguitatem 2. Inconvenientissimū esse, Accidentibus tribui posse materiam ex qua & quidem, ut garrat *Timplerus, proprie dictam.* Effet enim vel ipsum subiectum vel aliud *Accidens.* Prius esse nequit, quia ipsi non competit *Definitio Materix* ut ex eo inexistente fiat aliquid. Neq; posterius, si enim in hoc *Accidente* fingis aliud quod habeat rationem, *Materix*, id faciendum in omnibus, hoc autem fieri nequit quia daretur progressus in infinitum. *E. v. VVerenb. ex 10. th. 8. 3.* Philosophum nullam aliam *Accidentibus* præter subiectum tribuere Materiam cū illud proportionem quandam, quam rebus omnibus tribuit 12, *Met. 1. 13.*

C

Ma-

Materiæ, ratione susceptibilitatis, Accidens vero Formæ, respectu esse accidentalis, habeat. Expressissimè 1. *Met. c. 4 & 2 Phys. t. 3. Vide Versorem in l. 8. Met. q. 3. Scal. Ex 298. S. 16. & lxx. 325. S. 2. Zabar. 2. d. Med. Dem. c. 6. & Corn Mart. Met p. 142.*

59. Distingunt tandem Materiam in Materiam ex qua in qua & circa quam. Illam supra descripsimus, ista est subiectum in qua est aliud, ut Accidentia in substantiis, Hæc est subiectum circa quod occupantur alia, ut Physica circa corpus naturale. Divisionem hanc Scheibl. appellat resolutionem duataxat vocis ambigux. De Materia tamen proprie dicta intelligi posse putat *Fonseca l. 5. Met. c. 7. q. 1. S. 1. & sic distingui non Materiam sed tantum ejus officia quæ sunt respectu 1. Efficientis qui operatur circa Materiam 2. Formæ quæ est in Materia 3. Compositi quæ constat ex Materia.*

60. *Materiæ* quod à Materia dependentiam habet natura intelligitur ex ijs quæ dicta sunt, proinde Canones proponimus.

61. (1). *Ex nihilo nihil fit.* tanquam ex parte componente; vel, tanquam ex termino, naturaliter v. *Conimbr. in l. 1 de gen. & Cor. t. 8. 7.* Nihil autem aliquando idem est quod nulla res ut nihil est ab omni parte beatum. Nihil est Causa sui ipsius &c. Aliquando notat idem quod non-ens & opponitur Enti. In hac acceptione prius Nihil in illâ posterius intelligitur: Ut scilicet sit hic: *Ex non ente nulla res fit.*

62. (2) *Materia prior est Forma:* vel juxta Platonem teste *Spul l. de dogm. Plat p. 253* *Materia est omnium corporum initium.* Intellige vero prioritatem Naturæ generantis non intendens v. *Zabar. l. 2. de med. Dem. c. 10.* Formam enim prius intendit Natura tanquam finem ut videre est ex *Phil. l. 2. de gen. & Cor. c. 9.*

63. (3) *Materia non agit.* Actionis voce strictè sumpta, quia est, principium passivum 2. de gen & Cor. c. 6 Intellige autem Materiam qualem, potest enim induere Causalitatem Efficientis per Emanationem, *Consule Zabar. l. 2. de Med Dem. c. 5. Hac etiam de Materia sequitur.*

IV. DE FORMA.

64. Non absurde Plato omnia ex duobus Principiis ex Ente & non ente constare pronuncia vit, per non ens Materiam primam nõ absolute sed comparate: per Ens autem καὶ ἐξελύ Deum intelligens & per Deum Formam quam *Arist.* etiam Divinam & optimam dixit 1. *Phys. ausc. t. 81. & Scal. Ex 397. S. 30.* videl. respectu ignobilioris principi-

principii vel quod crediderit Aristoteles eam esse divinam particulam
aura & participare divino quodam corpore prater illa qua Elementa vocan-
tur, ut ipse se explicat l. 2. de ortu Animal c. 3. v. Zab. l. de mente hum. c. 9
m. Ad hanc igitur Divinam compositi partem quæ $\mu\alpha\theta\epsilon\tau\iota\kappa\eta$, Latini-
cis, transpositis elementis (ut Ex. 302. vult subtilitatum Dædalus)
Forma dicitur, accedimus.

65. Formæ ambiguitas maxima est quam excutit Scheib. c. 5. Top. n.
4. Nos accipimus hic illam eo sensu quatenus est actus Materiæ &
definimus ex Divino Præceptore quod sit id per quam res est quod est.

66. Innuitur per descriptionem omnia, quæ quidem Formæ no-
men participant, nec tamen illis largiuntur essentiam ut sunt
Forma externa consistens in congruente membrorum proportio-
ne, Forma assistens, Exemplar suo respectu &c. Excluditur Materia
per quam etiam res esse potest hæc tamen non est id perquam ita
res est ut sit id quod est, h. e. ut sit ultima illa species quæ est, quia
non absolvit & determinat sed inchoat rei essentiam. Huic insu-
per, Formæ dico, à cæteris causarum generibus distinguendæ
particula Per quæ formæ propriissima, assignatur.

67. Causalitas Formæ facile perspicitur ex Causalitate Materiæ
quæ est sustentare Formam qua talis est. igitur illa erit non perfec-
re compositum sed determinare & perficere Materiam adeoq; id a-
gere ut Materia sit hoc aliquid Arist. 2. de An. t. 2. & talis & tanta & hæc
Scal. Ex. 157. S. 4. Sicut Materia id agit ut forma existat teste eodem Ex.
307. S. 27. q. pr. cui Alumno suo consentit Arist. 2. de An. t. 6. ubi appel-
lat Animam Actum corporis organici, de cuius acceptione legitimam vi-
de Comibr. in l. d. Arist. q. 1. a. 1. Quæ quidem licet displiceant Scheib-
lero & Timplero: Nos tamen Svarium Disp. 15. S. 8. Fonsecam l. 5. Met. c. 2
q. 2. Jac. Mart. ex. 3. l. 1. th. 4. sequimur & Affirmamus.

68. His ita positis Divisiones aggredimur quorum prima, non
nobis quia rejicimus, sed alijs est in Formam Substantialem & Acci-
dentalem: illam quæ de esse Substantiale ut Anima: hanc quæ Acci-
dentale ut Eruditio. Rejicimus inquam, ne tamen indamnatam,
ita concludimus: Forma Accidentalisis aut Subjectum informat aut
Accidens, hæc enim duo tantum continentur in composito, quod
necant, Accidentalisis: sed non potest Subjectum, quia hoc informatum
est à

est à forma intrinseca & Substantiale, & quicquid præterea Enti in actu completo superadditur illud est extrinsecum & proinde Formæ rationem habere nequit, neque Accidens alias enim Accidens informaret seipsum quod absurdum. E.

69. Dehinc Forma solet dividi in Materialem & Immaterialem etiam in Assistentē & Informantē de quibus passim Aurores.

70. Formam etiam aliam faciunt *Genericam, Specificam, & Numericam*. Illam dicunt quæ habet quidem actum sed imperfectum & cum potestate mistum, ut Anima sentiens, respectu Hominis: Istam quæ det ultimum actum existendi adeoq; determinatam Speciem constituat, ut Anima rationalis Hominem. Hanc quæ ejusdē speciei individua distinguat, unde etiam dicitur Forma *Individuifica*, ut Alexandrum ab Aristotele. Non tamen putandum hanc distinctionem esse à parte rei et in Aristotele esse tres formas distinctas ut quæ ipsi det ut sit animal, alia ut sit homo & alia ut sit Aristoteles: Sed Genus, Species, & individuum notant unam eandemque essentiam tantum sub confusioribus & præcisioribus conceptibus, dicente Scheibl. 1. Met. c. 22. n. 208.

71. Formam tandem distinguimus in *Physicam* quæ est altera pars Compositi naturalis & Materix propriæ ita dictæ contradistinguitur & *Metaphysicam* quæ aliquando notat *Differentiam* & hæc est Forma respectu Generis quod suo modo dicitur Materia: aliquando verò *totam rei quidditatem* & essentiam quo sensu *Arist. Cælum* vocat *Formam* l. 1. de Cælo t. 92. Hæc autem non est proprie dicta forma, quia Causa & Causatum differunt realiter; ut in *Physicis* aliud est Materia aliud Forma & aliud materia & forma simul sumptæ: At *Quidditas* sola ratione distinguitur ab eo cujus est *Quidditas* l. 7. Met. t. 20. 21. quandoq; nec ratione quidem, in ijs scilicet quæ non habent esse sensibile sed tantum intellectuale, ut late explicat *Zabar. l. de nat. Cæli t. 8.*

72. *Formatum* est quod ex Forma substantiali est compositum.

73. Axiomata jam lustraturi in frontispicio ponimus (1) *Unius rei una tantum est forma*. Intellige *Specificam*: ab hac enim distincta est *Forma Mixti* vel *Corporeitatis*, quam vocat *Scotus*, referente *Jac. Mart. l. 1. Ex. 4. th. 4.* *Specificam* inquam quia clara est repugantia dicere plures formas (specificas & tamen unā dicere speciem. Reicimus proinde illorum opinionem *qui in omnibus mixtis unam tantum*

sum

sum formam agnoscunt, & illorum qui tot putant esse formas, quot dantur predicata essentialia.

74. (1) *Forma est Corporea & divisibilis.* Hominis tamen Formam excipimus. Corpoream, inquam quatenus opponitur Spiritui quatenus verò composito esse in corpoream velut etiam Materiam unde citante Jac. Mart. Thomas 1. de Cælo c. 18. & 91. *Materia prima est elementum non tamen corporale sed absq̃ omni forma ut in se consideratur & Arist. 1. Phys. t. 79. inquit Materiam esse prope & quodammodo substantiam.* Plato etiam Materiam neg₃ corpoream neg₃ sane incorpoream esse concessit referente Apul 1 de dogm. Plat. p. m. 252. Divisibilem esse confirmat experientia, in Formam 1. Misti dissecando Cadaver 2. Inanimatam, frangendo lapidem 3. Vegetante, reseccando surculum 4. Sentiente, dissecando Lumbricum v. Phil. 2. de An. t. 20. Idq̃ ad divisionem duntaxat materiam & nisi differenter & cum dependentia partis unius ab alia forma informet compositum qualis est Forma Animalis perfecti quæ radicaliter informat partes principales ut Cor Cerebrum v. Scheibl c. 5 Top f. Timpleri Argumenta levi negotio diluuntur.

75. (3) *Forma nobilior est Materia ignobilior Composito.* Prius probatur quia 1. *Forma perfectiva Materiam perfectibilem perficit Scal. ex 307. S. 27. id agit ut materia sit hoc aliquid. ibid. ad eod; ultimo complet & perficit compositum unde ἡσὶ ἐξ ὅλης* Philosopho dicitur ἄγ₃ & τῆς ἑσῶς 2. Phys. c. 3. t. 28 & 5 Met. 2. it. 12 Met. c. 4 & c. Species: vel quasi ornamentum materiam sit, velut Sal Lunæ splendentis ornatu adventitio cuius effigie Materiam adumbrasse Ægyptios testantur Conimbr. in l. 1. Phys. c. 9. q. 3. 4. 3. vel, quod certam constituendo specie impressione formæ materia signetur ut loquitur de dogm. Plat. Apul p. 253. quo sensu intelligendum Pythagoræorum Dogma Rerum tria esse principia Infinitum, Unum, Duo quod scilicet Forma incertam & vagam Materiam rationem in unam certam speciem contrahat. Posterius etiam confirmatur, quia 1. Forma est Ens incompletum. Compositum completum 2. Compositum Formæ & insuper materiam perfectiōnem includit 3. *Totum & perfectum aut omnino unum sunt aut natura inter sese affinia* 3. Phys. 5. t. 64.

V. DE FINE.

76. Ut finem desideratissimum tanto citius assequamur paucula de fine, tamen in alia significatione proponemus. De hoc nimis ambitiose Plato qui in Phæd. eum solum predicat Causam, cæteras vero

vocat ea sine quibus *Causa* non possit esse *causa* recedente *Fonseca* l. 1. *Met. c. 4.* Nos tantum abest ut magnificentiam talem, ut potius Analogiam & impropriatē quandam, si conferatur ad alias causas, quæ ut Entia actualia causant, ipsi tribuamus, non quidē quoad *Causalitatem*, sed *Existentiam*, quæ nihil officit ut illam suo modo possit exercere, modo in actum è potentia sit producibilis. Nec obstat *Philosophus 2. Phys. t. 45. 46. & l. 1. de part. An. c. 1.* cum ait *Nihil actu causat, nihil actu fit.* Hoc enim in cæteris quidam causis non tamen in causa finali verum est, quippe quæ tantum causat ut res absens, modo fit actu apprehensa ab Agente & desiderata. Neque enim *rei desiderata* repugnat non-esse cū tamen repugnet *Sustinenti Informanti & Insuienti* censente *Fonseca* l. 5. *Met. c. 2. q. 10.* It. *Scheibl. l. 1. Met. c. 22. n. 366.*

77. Definitionem *Causæ Finalis* reliquit nobis *Arist.* *Finis est iujus gratia* sc. aliquid est vel fit l. 5. c. 2. Item *Finis est propter quam res est 2. Phys. t. 81.*

78. Particula *Cujus gratia* sola & particularis nota *Finis* est. Propter quod autem causis singulis competit ex quo etiam argumentatur *Philos.* tot esse causas, quot modis respondeatur ad quæstionem propter quid ut supra innuimus.

79. *Finis per Motionem* S, exstimulationem *Efficientis* ad *Actionē* actu causans constituitur Sed dubiū movet *Fonseca*, quod nimis angusta sit hæc *Causalitas*, ex definitione substituens, esse id *cujus gratia* aliquid est. Si enim, inquit, trahere & movere *Efficientem* est causare, ipse tractus erit vere causatus E. g. cum *Deus* dilexisse mundum dicitur, si *Mundus* hic est causa finalis dilectionis, actus iste *Dei* erit causatus, quod est inconveniens, præsertim cum & affirmet *Philosophus* l. 1. *mag. mor. c. 2.* In universum semper id melius esse *cujus gratia* sunt alia. Nos respondemus & *Fonseca* *Autoritatem Scaligeri* opponimus negando *Mundum* vel *Homines* vel *Angelos* esse *Finem* quo *Deus* movetur. Et licet omne *Agens*, inquit, *Ex. 254.* moveatur, non potuit *Homo* *Deum* movere ad *Creationem* sui sed seipsum movere, non hoc nostro modo sed alio incompetente nobis. *Deus* in se, propter se & à se & ad se reflectens ineffabilem *Pietatem* quam exercet in homine. Quibus apte respondeat *Poeta.*

Quem non externa pepulerunt fingere *Causa.*
Materia fluitanti opus; Verum insita summi

Forma

Forma boni livore carens. Et hæc confirmat Sp.S. Prov. 16. v. 4.
Atq; ita si sibi ipsi Deus finis est, Finitum nullam debet importa-
re dependentiam, cum *Prædicata à rebus humanis desumpta & divine*
essentia applicata humano more non sint accipienda ut movet Jac. Mart. l.
1. ex. 16. th. 4.

80. Divisiones paucis percurremus & Finem faciemus 1. *Princi-*
palem ad quem omnia tendunt qui vel est *αὐτῶς* talis, quod pror-
sus non referatur ad alium, ut Gloria Dei vel secundum quid qui
ab Efficiente primario intenditur. Atq; hic *Finis nunquam quaritur*
nunquam in deliberationem cadit ut Arist. docet 1. Eth. c. 3. 2. Minus Prin-
cipalem vel secundarium qui propter Principalem intenditur. Sic
Medicamenta sunt Finis Medici. Verum hic Finis non videtur
talis esse proprie dictus, quia non movet agentem per se sed
potius medium est Agentis ad finem assequendum qui 1. *Eth. c. 7*
dicitur esse id quod ultimo appetitur & in quo sistuntur omnia alia. v. *Jac.*
Mart. Disp. 12 q. 1.

81. Superiori videtur prope similis esse Divisio Finis in *ultimū*
& *subordinatos*, nisi quod *Principalis* dicatur eo respectu quod pri-
mario intendatur, & *secundarius* qui ob primarium. *Ultimus* vero
illo respectu quod actio Efficientis in eo terminatur, & *subordina-*
tus quod eo acquireto nondum acquirescat Efficiens.

82. *Finis* porro vel est *ἄ* vel *ῶ* ille cujus gratia acquirendi agit
Efficiens, hic cui finis acquiritur. Ille amore *concupiscentia* hic *Ami-*
icitia intenditur. Uterq; ab alijs hic, ab alijs ille impugnatur: *Finis*
& quidem quia habet rationem medij ad finem cui. *Finis* cui vero
quod potius sit subiectum, & cum Arist. de fine loquatur, id sem-
per intelligatur de priori. Sed pro utroque concludimus quia u-
triq; competit finis definitio ut nobis restis est omni exceptione
major *Phil. 2. de An. t. 37.* ubi ait Finem cui esse Finem cujus gratia,
secus quam sentit *Simplerius 3. Met. c. 2 q. 11.* Ad Dubitationes respō-
demus 1. *Finem* cujus non esse medium tantum quod non potest su-
bire finis rationem quia nullam habeat amabilitatem, ut sunt *Ve-*
nae Sectio &c. Sed medium (si tamen hoc) & Finem simul, *Medicū*
quidem respectu *Ægroti* quo *Finis* cui, illius curatio acquiritur,
Finem vero respectu *Medici*, quem ad medicamenta ordinanda
extimulat 2. Nihil concludere cum etiam *Arist. Finis* Cui sæpe men-
tionem faciat. *Finem* Cui vero subiectum quidem posse vocari re-
spectu

spectu sanitatis quæ est adjunctum & propterea pariter excludetur, non vero Efficientis, & si maximè etiam respectu Efficientis Subjectum sit, id tamen fieri respectu operationis. Vide latè disputantes *Forsec. l. 5. Met. c. 2. q. 10. S. 1. Jac. Mart. Diss. 12. q. 2. Scheibl. l. 1. Met. c. 22 n. 374. & c. 4. Top. n. 53. & c.*

83. Finitum dicitur quod est alicujus gratia.

84. Canones de fine sequuntur (1) *Finis movet secundum esse Cognitum & Reale. Quia 1. Finis non movet Efficientem nisi quatenus est prior illa. At Finis non est prior secundum esse Reale. 2. Secundum illud esse movet Finis secundum quod appetitur. At Finis non appetitur secundum esse intentionale sed reale. Ita ab utraq; parte firmissimis digladiantur rationibus passim Autores. Nos etsi propendimus in partem posteriorem tamen distinguimus cum *Fonseca l. 5. Met. c. 2. q. 11. Finem quodammodo Causare secundum esse Cognitum quatenus tò secundum inferat Conditionem sine qua finis non moveat, secundum esse Reale verò prout significet id quo finis causet Formaliter. Simile Judicium vide apud *Conimbr. l. 2. Phys. c. 7. q. 73. a. 2.***

85. (2.) *Finis non est nisi bonus. Vere S. apparenter. Bonitas enim est Fundamentum Finis, & Bonum cum fine idem est 2. Phys. 31. materialiter vel fundamentaliter. Cæterum hunc suum Canonem cõfirmat *Scaliger. Ex. 254. qua egregie vexat Cardanum quod inter alios fines Hominis creati posuerit: Ut omne cogitandi munus impleretur essetq; animal fallax cum belluæ fallaces esse non potuerint ob stultitiam, superi ob probitatem & c. Testis etiam accedit Divinus Scaligeri & noster Præceptor q. 1. Eth. c. 1. omne quod appetitur sub ratione boni appeti docet & 2. Phys. 1. 23. ἔ πᾶν τὸ ἐχαιτὸν τίλει ὁ ἀλλὰ τὸ βέλτιστον appellat. Accedit *Seneca 4. de off. c. 17. alleg. Conimbr. in l. 2. Phys. c. 7. q. 21. a. 7. Nemo est, inquit, à naturæ lege adeo alienus, ut malum nisi sub specie aliqua boni possit appetere.***

86. (3.) *Acquisito sine cessat Actio, quatenus sc. debet acquiri, non verò quatenus debet perfici aut conservari. Deinde acquisito sine principali & ultimo cessat Actio. Et sic etiam nostra: quapropter, qui omnium actionum finis debet esse principalissimus, devote dicimus*

SOLI DEO GLORIAM.

sum formam agnoscunt, & illorum qui tot putant esse
tur predicata essentialia.

74. (1) Forma est Corporea & divisibilis. Hominis
excipimus. Corporea, inquam quatenus opponi
tenus verò composito esse in corpoream velut esse
de citante Jac. Mart. Thomas 1. de Cælo c. 18. t. 91. Ma-
mentum non tamen corporale sed absq̃, omni forma ut
Arist. 1. Phys. t. 79. inquit Materiam esse prope & quodam
Plato etiam Materiam neq̃ corpoream neq̃ sane incorpo-
ferente Apal I de dogm. Plat. p. m. 252. Divisibilem ex
perientia, in Formâ 1. Misti dissecando Cadaver 2.
gendo lapidem 3 Vegetante, reseccando surculum.
cando Lumbricum v. Phil. 2. de An. t. 20. Idq̃; ad divi-
materiæ & nisi differenter & cum dependentia p
lla forma informet compositum qualis est Forma
fecti quæ radicaliter informat partes principales
v. Scheibl c. 5 Top. f. Timpleri Argumenta levi ne-

75. (3) Forma nobilior est Materia ignobilior Com-
batur quia 1. Forma perfecta Materiam perfectibilem
307. S. 27. id agit ut materia sit hoc aliquid. ibid. ad eoq̃
& perficit compositum unde $\kappa\alpha\lambda\iota$ ἐξοχλεω Philol
γ. $\sigma\upsilon\lambda\lambda\alpha\sigma\tau\alpha\iota$ 2. Phys. c. 3. t. 28 & 5 Met. 2. it. 12. Me-
vel quasi ornamentum materiæ sit, velut Sol Luna
adventitio cuius effigie Materiam adumbrasse A
Conimbr. in l. 1. Phys. c. 9. q. 3. 4. 3. vel, quod certam cor-
impresione formæ materia signetur ut loquitur de dog-
quo sensu intelligendum Pythagoreorum Dogma
principia Infinitum, Unum, Duo quod scilicet Forma
Materiæ rationem in unam certam speciem con-
etiam confirmatur, quia 1. Forma est Ens incom-
tum completum 2. Compositum Formæ & insu-
sectionem includit 3. Totum & perfectum aut omni-
naturâ inter sese affinia 3. Phys. 5. t. 64.

V. DE FINE.

76. Ut finem desideratissimum tanto citius asse-
de fine, tamen in alia significatione proponemus
ambitiose Plato qui in Phæd. cum solum predicat Ca-

C 3

